UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CLVI. Ablaßbrief des Erzbischofs Heinrich von Cöln für die Petri-Capelle auf der Burg Brandenburg, am 30. März 1312.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54048

Visual Library

teſtimonium preſentes dari fecimus, ſigilli noſtri appenſi munimine firmiter communitas. Teſtes hujus ſunt venerabilis pater et dominus, Otto archiepiſcopus Magdeburg., Rudolphus et Otto, duces Saxonie, et Albertus, princeps in Anehalt et Albertus, nobilis dominus in Barbi, Wernerus miles de Anvorde, Bernardus dominus in Ploſtzik nec non Johannes de Belitz, noſtre curie protonotarius, et alii plures fide digni. Datum Brandenburg anno domini M°. CCC°. XI^{mo}. in die decollationis beati Johannis baptiſte.

Nach dem Originale.

CLVI. Ablaßbrief des Erzbiſchofs Heinrich von Cöln für die Petri-Capelle auf der Burg Brandenburg, am 30. März 1312.

Univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis. Nos Hainricus, dei gratia ſancte Colonienſis eccleſie archiepiſcopus, ſacri Romani imperii per Italiam archycancellarius ſalutem in domino ſempiternam. — Cupientes igitur, ut capella ſancti Petri Brandenb. dyoceſis et ejuſdem civitatis extra muros ſita congruis honoribus frequentetur et a Chriſti fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confeſſis qui ad ipſam capellam in feſtivitatibus ſancti Petri, nativitatis domini noſtri, Jheſu Chriſti, reſurrectionis, aſcenſionis et pentecoſtes, in omnibus et ſingulis feſtivitatibus beate Marie ſemper virginis nec non in feſtivitatibus omnium apoſtolorum, in commemoratione omnium ſanctorum, in dedicatione ejusdem capelle, in octavis feſtivitatum predictarum octavas habencium cauſa devotionis et orationis acceſſerint annuatim vel qui ad fabricam predicte capelle manus porrexerint adjutrices, de omnipotentis dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli, apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi XL dies indulgentie de injunctis eis penitentiis miſericorditer relaxamus, dummodo dyoceſani ad id voluntas acceſſerit et conſenſus. Datum Vienne anno domini M°. CCC°. XII°. III Kal. April, pontificatus domini Clementis pape quinti anno ſeptimo.

Nach dem Originale.

CLVII. Ablaßbrief des Erzbiſchofs Otto von Aker für die Petri-Capelle, am 1. Mai 1312.

Univerſis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis nos Otto, dei gratia Acherontine eccleſie archiepiſcopus, ſalutem in domino Jeſu Chriſto. Splendor paterne glorie, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium ut clementiſſima ipſius majeſtati ſperantium tunc benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas ſanctorum precibus et meritis adjiciatur. Cupientes igitur, ut capella ſancti Petri, Brand. dioceſis et ejuſdem civitatis, congruis honoribus frequentetur et a Chriſti fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad ipſam capellam in feſtivitatibus nativitatis domini noſtri Jeſu Chriſti, reſurrectionis, aſcenſionis et pentecoſtes ac in omnibus et ſingulis feſtivitatibus beate Marie ſemper virginis et in feſtis beati Petri apoſtoli et in